



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis

Antehac Ex Probatis Auctoribus breviter concinnata

Busenbaum, Hermann

Coloniae Agrippinae, 1713

Q. 23. Unde desumatur inæqualitas peccatorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42521

nem quàm percutere , auferre mille ducatos quàm nummum , blasphemare Deum quàm officiosè mentiri &c.

Obji. 1. Peccatum est transgressio legis , sed transgressio legis est indivisibilis , quia habet se uti transgressio lineæ , quæ non potest magis & minùs pertransiri. 2. Ratio peccati consistit in hoc , quòd aliquid illicitè fiat , sed hæc ratio etiam consistit in indivisibili , & invenitur in omni peccato , ergo. 3. Ita se habet malitia respectu actuum voluntatis , sicuti falsitas respectu actuum intellectus , sed unus actus intellectus non est falsior altero , ergo nec unus actus voluntatis est pejor altero. *R.* ad 1. n. min. , quàmvis enim linea ipsa non possit magis & minùs pertransiri , potest tamen magis & minùs recedi à linea , quæ pertransitur ; & sic etiam unum peccatum magis vel minùs recedit à lege. *Ad 2.* Ratio generica peccati consistit in hoc , quòd aliquid illicitè fiat , specifica autem , in qua dicimus esse inæqualitatem , plus dicit , uti patebit ex dicendis. *Ad 3.* Si sermo sit de propositione habente plura objecta , n. min. , tum enim potest una esse falsior quàm altera : de cætero falsa est major , & disparitas est , quòd propositio sit per hoc vera vel falsa , quòd objectum ita sit vel non sit ita , uti enunciatur , objectum autem non potest magis esse vel non esse , quàm re ipsa sit : tale nihil est pro moralitate , quæ in actum refunditur major aut minor , prout objectum est magis aut minùs in se malum , uti constabit ex jam dicendis. Vide etiam dicenda à n. 184.

Q. 23. Unde desumatur inæqualitas peccatorum. 115.

§. 1.

§. 1. Ex variis capitibus desumitur, ut in
 S. Th. 1. 2. q. 73. a. 3. & seqq. 1. Ex materia,
 major est vel minor; & ita furtum ducati est
 jus quàm nummi. 2. Ex majori vel minori
 formitate cum natura rationali, sic à recta ra-
 tione magis discordat occidere patrem suum quàm
 alium hominem. 3. Ex oppositione cum vir-
 tute digniore. Porro ordo dignitatis in virtutibus
 videtur esse hic, ut præcedant Theologicae,
 inter has, Caritas; tunc Fides, tunc Spes. Ad
 morales sunt religio & pœnitentia: inter
 quas morales, prudentia, justitia, fortitudo,
 temperantia: & simili ordine procedunt vir-
 tutes sub his contentæ. 4. Ex modo, quo peccata
 opponuntur eidem virtuti, nam oppositio
 contraria hinc peior est, quàm oppositio privativa
 hinc odium Dei est gravius peccatum, quàm
 neglectus amoris præcepti; Item peius est afflic-
 tione affligere quàm non juvare: Similiter quàm
 duo peccata eidem virtuti opponuntur, unum
 per defectum, alterum per excessum, ut avari-
 tia & prodigalitas opponuntur liberalitati; pus-
 illanimitas & audacia fortitudini; illud pro-
 tum censetur gravius, quod virtuti est magis
 dissimile, & hominem reddit magis indispo-
 situm ad illam, hinc avaritia & pusillanimitas
 sunt graviora peccata quàm prodigalitas & au-
 dacia, quia priora magis distant & remove-
 rentur a virtutibus. 5. Ex lege magis vel minus obliga-
 te, sic comestio pomi in Adamo fuit peior quàm
 nunc comestio carnis die vetito, aut quàm obli-
 gata comestio porcinae apud Judæos; & universali-
 ter, potest res etiam de se minus bona severius
 præcipi tanquam magis utilis vel necessaria.

certos fines. 6. Ex majori vel minori opposicione ad finem legis, sic legere totum librum hæreticum est gravius quàm legere paginam, quia legere totum est conjunctum cum majori periculo perversionis. 7. Ex majori vel minori facilitate vincendi, hinc dicit S. Th. a. 9. peccata spiritualia, v. g. superbiam, esse graviora quàm carnalia, quamvis hæc magis infament, quia ob innatam concupiscentiam minùs resistere possumus carnalibus; hinc etiam peccata, quæ fiunt ex metu vel violentia, sunt minùs gravia. 8. Ex majori vel minori cognitione malitiæ vel motivi retrahentis, cum qua peccatur: Item ex majori vel minori intensione actûs voluntatis, quo peccatur: Item ex majore vel minore duratione peccati; sic enim invidia ad diem durans est gravior quàm durans ad horam, quia si malum est incipere, pejus est continuare. 9. Ex fine peccati, qui magis vel minùs est malus; sic magis peccat, qui furatur, ut se inebriet, quàm ut moderatè bibat. 10. Ex majore vel minore nocumento, quod inferitur: Item ex majore vel minore bono, quod tollitur, sic qui tollit famam, graviùs peccat, quàm qui fortunas. 11. Ex conditione personæ, contra quam peccatur, sic gravius est odisse Deum quàm hominem. 12. Ex conditione subjecti, quod peccat, sic peccatum in benefactorem commissum censetur indignius, quia subjectum ob acceptas gratias magis obligabatur colere. 13. Ex quibuscunque aliis circumstantiis, ob quas in æstimatione morali censetur minui vel augeri malitia.

§. 2. Ut judicari possit de majori gravitate hujus vel illius peccati, propter oppositionem cum

VIR-

virtute digniore vel minùs digna, debent inter
 comparari peccata commissionis, v. g. hæresis
 cum adulterio, & rectè dicimus hæresin esse gra-
 viorem, quia opponitur fidei, adulterium
 iustitiæ, quæ est virtus minùs digna quàm
 fides: E contra si commissio comparatur cu-
 ommissione, v. g. adulterium cum ommissione
 præcepta hinc & nunc, adulterium erit gravius
 quamvis illa ommissio sit contra fidem, quæ
 dignior. Similiter fieri potest, ut vitium con-
 nobiliorem virtutē sit minùs dissonum ratio-
 vel minùs prohibitum, quàm vitium contra
 tutem minùs nobilem, sic mendacium, quod
 contra veracitatem, est minus peccatum, quàm
 ebrietas, quæ est contra temperantiam, quàm
 veracitas sit nobilior quàm temperantia: Item
 borare die festo est minùs peccatum, quàm oc-
 dere hominem, quamvis prius sit contra religio-
 nem, quæ est dignior, quàm iustitia; & idem
 de aliis: Hoc tamen universaliter verum est
 quod summum peccatum contra virtutem
 nobiliorem sit gravius, quàm summum peccatum
 contra virtutem minùs nobilem, & hoc sufficit
 ut peccatum dicatur desumere gravitatē ma-
 iorem ab oppositione cum nobiliore virtute,
 rectè notat *Aversa* q. 73. l. 2.

317. §. 3. Quando hinc dicimus aliquod peccatum
 esse ex hoc vel illo majus altero, hoc intelligi
 dum est, si reliqua sint paria, nam fieri potest
 peccatum ex objecto & genere suo gravius
 unde habeat tantum æqualem aut etiam mino-
 rem malitiam; sic blasphemia est gravior quàm
 homicidium, potest tamen fieri ex passione,
 ut sit quidem mortalis, attamen minor

fensa, quàm homicidium plenè deliberatum, uti rectè S. Th. Suar. Arr. & alii communiter cum Compt. d. 103. s. 6. contra Durand. Vusq. & alios: Ratio est, quia sicuti difficillima mortificatio gulæ est Deo gratior quàm una genuflexio, quamvis hæc, utpote actus religionis, sit ex objecto melior, quàm actus temperantiæ, quæ est inferior virtus, ita poterit peccatum contra inferiorem virtutem propter alias circumstantias habere malitiam in se graviolem; & ratio utriusque à priori est, quia bonitas vel malitia non tantùm desumitur ex ratione generica objecti, sed etiam ex multis aliis, ratione quorum potest haberi excessus; nec inde sequitur, quòd species inferior attingat superiorem, nam manet, quòd blasphemia ex se & secundùm speciem sit gravior, cum quo stat, quòd homicidium possit esse gravius ratione aliorum, quæ in homicidio malitiam aggravant & in blasphemia minuant. Similia quoque sunt in physicis, nam folium arboris, cum sit vivens, est ex genere suo perfectius aliquid, quàm Sol, qui non vivit, cum quo tamen stat, quòd Sol sit simpliciter perfectior folio arboris: Consequenter dicendum est, quòd non possit dari regula universalis, ex qua sciamus, an hoc peccatum in individuo sit gravius altero necne, sed hoc esse definiendum ex complexione omnium eorum, ex quibus aggravari potest vel minui malitia.

Q. 24 Quid præterea circa distinctionem specificam peccatorum sit addendum. R. seqq.

118.

S. 1. Species, in genere, est completa essentia rei, sive, est hoc, quod res secundùm se totam est: hinc distingui specie, est distingui in aliquo

Tom. V.

H

essen-